At si hec ad medium deducimus, quod in vita beati Gregorii legitur quod imperator Mauricius preceptum eius consecrari. Siquidem cum Gregorius prius canonice a clero et populo electus fuisset ob pacis et concordie gratiam imperaret solito more imperatoris consensus misit eum consecrari id est assensum prebuit eius ordinationi

De leone et karulo

Unde autem processus mos in populo inoleverit quod episcopatus donum potestate regali reservari ut accipi a populo vexari bone memorie leone papa a romanis excecato atque ab apostolica sede a tumultuoso populo expulsus ad karolum regem francorum venit qui eum honorifice suscepit. Hic karolus contracto exercitu romam properat seditiosos digna ulcione puniens expulsum papam proprie sedi redonat quem mox ille qui facit mirabiles res illuminat. Et quia tunc romanum imperium rectore carebat quia ut traditur leo imperator manibus iniquorum occubuerat venerabilis leo papa consilio principum et consensu cleri et populi sceptra romani imperii karolo regi tradidit augustumque consecrans corona regi imponit. Et quia idem rex romanam ecclesiam maximo honore sublimaverat ac multis donis ac muneribus insuper et maximis allodiis ditaverat cum esset per omnia catholica sapientia et morum excellentia deo et regno dignissimus apostolice sedi subiectus cum clero devotus leo papa de tali ac tanto adiutore gaudens ei soli hoc privilegium concessit ut citra alpes in partibus gallie et germanie eius vice episcopatus ecclesiastico more institueret. Quod privilegium etiam successores ipsius ab apostolica sede promeruerunt quia et ipsi per omnia romane ecclesie devoti extiterunt. Qui tamen sapientes et vita probabiles et divino officio congruas personas elegerunt et ecclesiis dei dignos pastores absque ullo precio prefecerunt

De rebellibus ecclesie

Postquam vero viri deum ignorantes et ecclesie honorem exercentes absque romana electione in regnum irruperunt et sceleratis ac perditis moribus imperium maculaverunt. Hii tales regalem mansuetudinem neronis more postponentes ac tyrannico more in clerum et populum dominium violenter ymmo crudeliter exercentes pacem ecclesie et concordiam populi perturbare, apostolica statuta ac priorum regum recepta edicta violare. Cum iusticiam et equitatem abhominantes civile bellum cleri et populi discordiam et omnem iniquitatem amantes personas suis moribus congruas, iusticie ac legi dei contrarias elegerunt quibus cathedrales et parochias episcopatus abbacias preposituras aliasque canonicas dignitates summo precio avaricie vendiderunt. Ecclesia itaque videns impios domus sue abuti ac munera sibi a piis christianis collata a prophanis prophanari non vult

dispensare

ultra honorem suum alicuius dare Sed
ipsa per se filius suus pro ut conderet
et expedit dispensare Quod male perit
Sacerdocium autem qui sacerdotibus restiterit
a regno per officium non sic potest
obviri et sacerdotes a regibus possunt
interimi officium vero eorum non potest
Primum quinimmo omnes per sacerdocium
sepius everteret contradictam in persecutoribus
regum Saul namque primus regum sacerdo-
tes domini iniuste occidit et ipse in bello
iniuste occisus occubuit Achab rex
prophetas domini quosdam a patria de-
pulit quosdam neci tradidit ideo et
ipse vulneratus morti succubuit Joas
rex Zachariam sacerdotem lapidibus
obruit unde et ipse a propriis servis occisus
corruit Ozias rex sacerdocium usur-
pavit ideo morbus lepra eum invasit
Herodes rex sacerdocium vendidit
ideo propria manu se interemit Nero
imperator Petrum papam primum crucifixit
ideo regno pulsus lupis preda extitit
Decius imperator Sixtum papam occidit
unde et ipse a demone obsessus extitit
Valens imperator Athanasium episcopum a
sede sua expulit ideo ipse a Gothis
incendio interiit Julianus imperator
sacerdotes Christi persequitur unde et ipse
ab hostibus occiditur Theodericus
rex Johannem papam occidit ideo
subita morte subiit Et quid plura
Quicumque eciam sacerdotes persecuti
sunt pessima morte exterminati sunt

Quod baptisati reges et sacerdotes unguntur

Quod si aliquis astrueret has
duas personas honore ac digni-
tate pares videri ideo quia hec sole in
lege prophetarum oleo sancto ungui sive
dicendum est quod rex tantum oleo sacerdo-
tes autem crismate ungebantur et per
omnia sua consecratio regis unctionem
preferebat Et in hoc etiam differebat
quod non a rege sed a sacerdote ungebatur
sacerdos autem ab alio sacerdote
consecrabatur Hoc autem totum sub
figura contingit sed ipsum Christum dominum nostrum
verum regem et sacerdotem expressit
quem pater crismate et oleo exultacionis
id est spiritu sancto unxit et in capite generum
constituit primo et angelis et hominibus
omnibus prefecit Tam rex et sacerdos
Christus sic imbuere accepit oleo et
crismate ungi precepit Hinc est quod bap-
tizandos oleo et crismate ungimus
quod eos oleo Christi regnos crismate
autem ipsius sacerdotes ungimus
Ad amictum quam capiti imponimus
et coronam regni exprimimus per albam
vestem qua eos induimus sacerdotalem
dignitatem tribuimus quam per mitram
pontificalem infulam notamus per
albam vestem regalem trabeam
demonstramus igitur et in veteri et
in novo testamento sacerdocium semper
regno preferebatur quoniam insuper et reges
per sacerdocium instituebantur De vanilogis

Iam illos familiariter conveniamus
quorum causa hanc lucubratiunculam
suscepimus qui ob pecunie amorem
ob laudis favorem et pro adipiscen-
de ab ipsis principibus dignitatis
aliquis honorem scribant indoctis ipsi
maxime indocti ubique in manu

regimi omnes dignitates pendere
Hii qui hec dicunt aut layci aut
monachi aut clerici sunt Si layci
sunt ut insipientes irridendi vel
saltem ut ignari a sapientibus corri
gendi sunt Si autem monachi sunt
hii decipiunt quia aut veritatem igno
rantes errant aut sciens errorem
ob avariciam sectantes veri se
scire dissimulant Si autem clerici
sunt hii vesania capti sunt qui ec
clesiastico ordini ius ab ipso domino
collatum ~~minuunt~~ minuunt Aliud quod
layci potestati conferunt primo seipsos
sua libertate spoliant ac simul
laycorum dicioni ac chami subiugant
Igitur horum omnium stolide assertiones
a sensatis sunt confutande immo
ab omnibus racione utentibus reprobande
quia regimi sacerdocio apostolus clero iure
subiacerat et sicut sol lune et spiritus
carni contemplativa vita active sic
sacerdocium regno preemineat Sed iam
calamum de sacerdotali et regali
digno deponentes christo vero regi
et sacerdoti dignis moribus placere
studeamus quatinus eius aulam in qua
soli reges et sacerdotes erunt intro
ire valeamus Amen .. Incipit
sermo devotis

Qui seculum pro deo relinquentes
se viciis et concupiscenciis
crucifixerunt mundo mortuus est
sed deo vivit Et quia pro eo moritur
vita eius cum christo in deo absconditur

Beati tales mortui qui sic in domino
moriuntur quia in christo qui est eterna vita
vivificabuntur Hec est preciosa mors
sanctorum per quam acquiritur vita angelorum
Cum hac morte moritur numquam in eternum
morietur Porro corporalis mors
iustorum sompnus dicitur per quam requies eterna
tribuitur sicut scriptum est Cum
sompnum dederit dilectis suis ecce here
ditas domini eis aderit Cum autem anima
se peccatum committit in anima moritur
quia a vita deo deserit Hac morte
mortui mortuos sepeliunt dum compor
tantes per adulacionem decipiunt
Hec mors peccatorum pessima est quia ducit ad
demonum consorcia Hanc omnes fugiamus
illam autem appetamus ut mereamur vivamus
Corporalis mors malorum dicitur exterminium
per quam rapiuntur ad eternum supplicium
Tercia mors est corporis que omnibus
est communis quia omnis homo ob peccatum
Ade moritur et pro meritis aut
ad gaudium aut ad tormentum ducitur
Unde dicit scriptura Grave iugum
super omnes filios Adam a die matris
eorum usque in die matris omnium Omnes
homines filii Adam dicuntur quia cuncti de
eius semine nascuntur Grave iugum
est labor quo homo hic premitur Secun
dum est miseria qua constringit
Hoc iugum est super omnes homines a
die qua a matribus profunduntur
usque in diem qua in terram matrem
omnium revertitur sed sicut avis
ad volatum sic homo nascitur ad
tribulatum De hoc iugo volens